Rationes, quæ occurrerunt, ad ostendendum non expedire, ut tractetur in Concilio, an Residentia sit de iure Diuino

Primum. quia tot abhinc sæculis Ecclesia Catholica non habuit hmôi decisionem siue declarationem, quamuis in hoc semper fuerint Prælatorum magni abusus. et in Concilijs sæpè fuerit tentatum, quò inueniretur aliquod conueniens et oportunum remedium. hoc nunq̃ fuit cogitatum. tametsi in Conc.° Triden. sub Paulo. III. idem fuerit propositum, non fuit tamen receptum, quinimo a plerisq. fuit explosum

2° Quia hoc Concilium est conuocatum ad definienda dogmata negata ab Hæreticis, et ad illorum hæreticas opiniones confutandas; uerum hic articulus, quod Residentia sit de iure humano præstanda, non est hæretica, neq ab illis asserta, immò à multis scriptoribus Catholicis affirmata ut melior, et magis consentanea ipsi ueritati, et Scripturæ, atq etiam sacris Canonibus, et usui Ecclesiæ optimo legum interpreti: quapropter assumeretur super-flua hmôi declaratio, eaq huius Articuli decisio, cum non sit contra hæreticos

3 Quia tractatio huius Articuli non debet fieri cum his quæ pertinent ad Refor-mationem, sed ubi de dogmatibus agetur, iure enim debent præcedere disputationes Theologorum, ut solitum est in Concilijs. non autem absq præuia benè matura deliberatione, et exacta consideratione, aggrediendum est ad Articulum tanti momenti de fide, unde S. Basil. scribens ad Talassium, inquit. Non est laude dignus, qui cito et feliciter dogma condit, sed qui antiqua et definita conseruat

4. Non uidetur esse conueniens aliquid statui ut Articulum fidei; de quo tanta fuit diuersarum opinionum uarietas, utrinq. enim suffragia fuerunt quasi paria, simili autem discordia fieri Articulum fidei non potest edificare his temporibus.

UGR Biblioteca Universitaria

5.° Quia si fiat eiusmodi Decretum, dicendo. Residentia est de iure Divino, et plurimos Canones, atq Pontificum Decreta possum ire necesse esset, in quibus dat licentiam Papa, et dispensat, sublimibus et literatis personis posse tenere duo beneficia Curata incompatibilia, quorum unumquodq requirit personalem residentiam. sicut dicit Innocentius III, in cap. de multa tit. de præben. et Joan. 22.s in extrauagan. quæ incipit. Execrabilis, ubi dispensat cum Cardinalib. et filijs regum. uel cap. 3. de clericis non residentib. conceditur Episcopum posse dispensare ob iustam causam clericis beneficia obtinentibus, ad tempus, gratia Studiorum. et Honorius iij. de magistris cap. 19. iubet Capitulis et Epis ut mittant clericos ad studia, et illis eo tempore dent suos redditus, et similiter permittit magistris Theologiæ habentib. præbendas dum per quinquennium docent, libere frui suis redditibus, etiam si minime resideant Præterea est in 8. cap. Conc. Sardicinen. Episcopum teneri uenire si accersatur literis ad Imperatoris. quæ qui fieri possent, a Pont. Rom. declarata residentiam esse de iure Divino; et eiusmodi decreto non condemnet tot Papas et Concilia, et Epos qui multoties absuerunt a suis Episcopatu propter eorum aliquam causam ?

6.° Maxime timendum esset, ne talis decisio existimaretur ab Hæreticis esse facta. quandoquidem hic indicantur præcepta humana, et positiua sufficientia ad adstringendam conscientiam, et obligandam peccato mortali; unde confirmarentur eorum peruersæ, et falsæ opiniones. quoniam qui non obtemperat Ecclesiæ matri suæ, neq eidem Deo obtemperabit. Et qui uos audit, me audit, et qui uos spernit, me spernit

UGR Biblioteca Universitaria

7.º Quia hmoi definitione aperiretur magna porta ad proteruorum homi inobedientiam erga sanctam sedem Apostolicam. nam si Pont. præcipiat alicui Epo uenire ad se, uel ire illuc, uel isthuc, ad faciendu hoc uel isthoc; quando, quod imperatum esset illi minimè placeret statim ille. Deus mihi mandauit de iure Diuino esse hic, ideo non possum, neque debeo discedere hinc. quia obedire oportet magis Deo, quam hominibus, unde amitteretur obedientia quæ omni iure et ratione, debetur Successori Petri —

8.º Timendum est, ne postea etiam multò maiora ueniant concedenda quippè si ego teneor iure Diuino hic residere, oportet me habere omnem illam facultatem, quæ requiritur ad pascendum. hoc est, ad regendos sacerdotes, monachos omnes et fratres, tum ad absoluendum a ~~quus~~ quibuscunq. casibq. dispensandum quoq. in quouis gradu consanguineitatis, dandas plenè indulgentias, conferenda cuiusmodi beneficia, quò fieret ut ~~poneretur~~ deponeretur illud uinculum unionis, quod debet esse inter caput et membra, inter Prælatos et ipm sum. Pont. Chri Vicariu et successorem D. Petri, cui præcipuè coram cæteris Apostolis fuit dictum. Pasce oues meas

9. Quia multa fuerunt disputata in Concilijs uniuersalibus, etiam cum acrimonia, et contentione, quæ postea non sunt definita eo quod non conueniat. ut in hoc Tridentino agebatur de

UGR Biblioteca Universitaria

peccato originali; quod sit, an in quo~~ff~~filio Adæ, sed non fuit declaratum quod esset ipsa quiditas illius et essentia. Disputabatur etiam an beata virgo fuerit immunis ab eodem peccato, qua in re acriter fuit disputatum. Patres nihilominus abstinuerunt a decisione. Agebatur de Adam, an fuerit creatus in gratia secundum doctrinam D. Thomæ, et D. Aug. ut ne fieret iniuria multis doctorib. scholasticis qui contrarium tenent, nihil fuit definitum. Item Agebatur de virtute sacramentorum, an conferant gratiam tanq causa instrumentalis effectiva, ut inquit D. Thom. an vero ut plures alij Doctores volunt, tanq causa sine qua non, quorum nihil est definitum. Tempore Clementis V. in Conc. Viennen. disputatum fuit, an in Baptismate puerorum infundatur (quo ad habitum) gratia cum virtutibus, ut quidam volunt; an sine virtutibus conferatur tantum remissio peccatorum, ut alij. Pontifex accepit, ~~ut~~ primam ut magis probabilem, non condemnans tamen opinionem contrariam tanq hæreticam. quæ omnia, quia non videbatur expedire ~~illa~~ decidere, ~~fuerunt omissa~~ Emoi quæstiones inter Doctores Catholicos controversas, quod etiam potest de hac, ~~quæ~~ similis est dici;

10. Quia si declaretur esse de Iure Divino, Papæ non liceret dispensare in tali præcepto: cum inferior non possit solvere legem superioris, etiam si potest interpretari ius Divinum et naturale

explicando in hoc uel in illo casu non obligare, ut in uotis, et
iuramentis. quamobrem deberet Papa ualde cautè, et strictè
nimis circumspicere, oporteret enim illum habere reuelationem
diuinitus, siquando utendum illi esset opera alicuius Epi
aut aliquò amandandus esset, priusq auocaret illu ab Episcopatu
uel necesse esset illum habere tam certam, et tam clarè per,,
spectam maiorem utilitatem, uel necessitatem, ut facile
præponderaret maius seruicium D. N. quam assistentia illius
apud suum gregem, quæ omnia tam minute ~~cons~~ nimis consi
derãta, ualde turbaret rectum Pont. regimen, quo utitur in
gubernanda uniuersa Ecclia. At sufficit illos, quam Deus
dederit eis prudentia Christiana, et oculis suis ad maius Dei
seruicium intentis, opera uti Episcopos, quando, et ubi
expedire uideatur, quod etiam legitur fecisse sanctos illos
et doctos Pont. ut uidere est in ~~registr~~ Cathalogis illorum
sicut de Leone 1. Gregorio Magno Innoc.° t. et alijs qui
non adhibebant tam multos scrupulos, neq subtilitates adeo magnas
neque est credendum illos esse ad hoc obligatos, immo ipse
Apost. Paulus mouebat Titum et Timotheum Epos, ducens
illos secum in alia loca propter diuersas Ecclesiæ necessitates

11. Que causa ay de poner los sesos de Prelados a partido. quia ubi semel
fuerit definitum Residentiam esse de iure Diuino, si quis
Epus uocetur a S. Pont. quando fuerit opus, ad negocium aliquod

universalis Ecclesiæ, debebit examinare causam huiusmodi uocationis an solida sit et sufficiens, an non. si non uidebitur esse talis non tenebitur obedire, ut æquum esset, uel fieret perplexus et scrupulosus, quia deberet manere quando causa non uideret esse satis idonea, tunc ipse se faceret iudicem, sui iudicii et superioris, hac uero tenebitur obedire tamquam inferior, suo superiori qui non posset esse nisi maximus labor, et laberinthus, in quem Prælati inducerentur. Quæ cum sint, ut uere sunt, absurdissima et apta ad excitandas ~~generales~~ universales turbas, et scandala, non est uerisimile, esse a Deo

12. Quia non est credibile neque probabile Prælatos per talem decisionem quicquam magis motum iri ad residendum, quam ante, quia qui negligit mandatum Ecclesiæ, non obediet mandato etiam Dei, non potest habere Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem ut Cyprianus inquit, quapropter magis tutum foret adstringere Prælatos ad residendum declarando adeò esse necessariam residentiam, ~~ad~~ ad salutem Episcoporum ipsorum, ut qui citra legitimam et idoneam causam a gregibus suis abesse contenderint grauissimè peccent. ad hoc addantur aliæ pœnae, quæ uidebuntur efficaciores ut sua et gregis ipsorum saluti attendant, a maximo Pastore, ~~Vic~~º Christo, per os eius Vicarij Sum. Pont. ~~comissæ~~ …

Hæ sunt causæ, quæ nobis uidentur satis ad impediendam illam decisionem, enimuero silentium in ea quæstione, (declarato,

quod necessaria est Residentia ad salutem, et quod peccatum
est grandissimum illam non præstare additis minis aliarum
grauium et conuenientium pœnarum, sufficienter cauebit
omnia inconuenientia quæ possent euenire, sine hoc quod Papa
constituatur in tot discriminibus et laborib. et Prælati
ad obediendum, et gratificet.² hæreticus, qui (sicut diximus)
putarent illam decisionem eò factam esse, quod præcepta
Eccliæ (ut illi aiunt, credunt atq scribunt),¹ non ~~posse~~ teneant.² facere
hominem obnoxium peccato, sed totaliter præcepta Dei

Cum non est credibile neq. probabili Prælatos per talem decisionem
quicquam magis motum iri ad residendum, quam ante, quia qui
negligit mandatum Ecclæ, non obediet mandato etiam Dei, nam
potest habere Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem
ut Cyprianus inquit, quapropter magis tutum foret adstringere
Prælatos ad residendum declarando adeo esse necessariam resi-
dentiam, ad ea salutem Episcoporum ipsorum, ut qui citra le-
gitimam et idoneam causam a gregibus suis abesse contenderent
gravissime peccent ad hoc addantur aliæ pœnæ, quæ videbun-
efficaciores ut Deo et gregi suorum saluti attendant, a
Pastore, Vicº Christo, per os eius Vicarii Sum. Pont. ...

Hæ sunt causæ, quæ nobis videntur satis ad impediendam illam
decisionem, Commune silentium in ea quæstione, ...

UGR Biblioteca Universitaria

215

UGR Biblioteca Universitaria

(87) Capita xxij Reformationis considerandæ Patrib. proposita
die xxi Martij [illegible]

1 Considerarint Patres quæ [illegible] et [illegible]
et [illegible]
et [illegible] et [illegible]
de [illegible]

2 Item an expediat, ut nemo ordinetur ad [illegible] nisi ad certum
aliquem beneficium [illegible] est [illegible]
ex eo quod plerique ad titulum Patrimonij ordinantur

3 Et quod ordinandis nihil omnino recipiant pro collatione [illegible]
ordinum, nec etiam eorum ministri, aut Notarij

4 An etiam concedendum sit, ut de prebendis non [illegible]
distributiones quotidianæ constituerentur in illis Ecclesijs in quibus
nullæ sunt distributiones [illegible]

5 An Parochiæ omnes [illegible] amplitudinem [illegible]
[illegible] debeant habere [illegible] et ordinario
[illegible]

6 Beneficia [illegible] quæ [illegible]
carent, an sint reformanda, ita ut ex pluribus [illegible]
tantum ab Ordinario [illegible]

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria